





OBSERVATIONES

15277. IVRIS ROMANI ET SAXONICI

Q V A S

P R A E S I D E

D. GEORGIO STEPHANO  
WIESANDIO

PROFESSORE INSTITVTIONVM ORDINARIO CVRIAЕ  
PROVINCIALIS SCABINATVS ATQVE COLLEGII  
IVRECONSULTORVM ASSESSORE

DIE XXIII. OCTOBR. A. S. R. CICICCLXXVIII

H. L. Q. S

PVBICA DISCEPTATIONE DEFENSVRVS EST  
IOANNES FRIDERICVS KREMSIER  
SORBIGENSIS



S P E C I M E N   V I I I

VITEMBERGAE  
LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII

## I.

*De aetate ad postulandum idonea.*

 ximias laudes aduocatis tribuunt Imperatores Leo et Anthemius in l. 14. C. de aduocat. diuersor. iudicior. his quidem verbis; aduocati, qui dirimunt ambigua fata caussarum, suaeque defensionis viribus in rebus saepe publicis ac priuatis lapsa erigunt, fatigata reparant, non minus prouident humano generi, quam si proeliis atque vulneribus patriam parentesque saluarent. Nec enim solos nostro imperio militare credimus illos, qui gladiis, clypeis et thoracibus nituntur, sed etiam aduocatos: militant namque caussarum patroni, qui gloriose vocis confisi munimine, laborantium spem, vitam et posteros defendunt. Non parum scilicet reipublicae prosunt aduocati boni, iuris peritia instructi, aequitatis ac honestatis studiosi, dum innocentibus sua patrocinia commodant, eorumque vitam ac fortunas ab aliorum iniuriis fortiter defendunt, quibus, vti iam monuit Cramerus in *dissquisit. an aduocati in rebus publ. sint tolerandi* p. 17 seq. respublica carere non potest. Quorum quidem munus vti est amplum totique ciuitati fructuosum, ita et multis eget virtutibus, inter quas accurata iurium, quae profitentur, scientia, praecipuum locum tenet. Hinc non temere quaeritur, num adolescentes, qui maiorem aetatem nondum attigere, ad postulandum sint idonei? Romani aetatem denum viginti quinque annorum, statuere esse negotiis recte administrandis aptam, quae ideo ob praestantiam perfecta ac legitima dicebatur, vti ex l. *unic. Cod. Theod. et ex l. 4. C. de his*, qui veniam aetat. impetrav. intelligitur. Confer quoque V. C. Io. Hieronym. Hetzeri *dissert. ad leg. Lactor.* f. 8. seq. Neque minores soli in iudiciis comparere, et vel actiones aduersus alios instituere, vel contra lites intentatas, exceptiones proponere potuerunt. L. 2 et 3. C. qui legitim. personam stundi. Minori viginti annis arbitrium recipere non fuisse permisum, ex l. 41. D. de recept. qui arbitrium receper. perspicitur. Sed aliud, intuitu aetatis ad postulandum idoneae, obtinuisse, dubitare nos non finit Vlpianus, qui in l. 1. f. 3. D. de postuland. haec tradit: *initium autem fecit praetor ab his, qui in totum prohibentur postulare, in quo editio aut pueritiam, aut cajum excusauit.* Pueritiam, dum minorem annis decem et septem, qui eos non in totum compleuit, prohibet postulare, quia moderatam hanc aetatem ratus est ad procedendum in publicum, qua aetate aut

paullo

*paulo maiore fertur Nerus filius et publice de iure responfitasse.* Vlpianus igitur auctoritate et exemplo potissimum Neruae commotus, existimauit, iuuenes postulaturos, modo septemdecim annis sint maiores, a foro non esse repellendos. Scilicet Nerus familia splendida ortus, de qua quae-dam obseruauit Rupertus ad Pompon. *enclrid. cap. 13. sect. 2*, vt gloriam a maioribus partam augeret, iam adolescens viam, quae ad summos ho-nores duderet, feliciter iniit, atque consulentibus de iure frequenter respondit. Eum apud Neronem magna gratia floruisse, Tacitus *Annal. Libr. 15. cap. 72.* auctor est. Saepius vero apud Romanos is mos obser-uatus est, vt adolescentes, praetexta vix deposita, togaque virili sumta, in conspectum publicum procederent, atque reorum patrocinia susci-periment. Sic Valerius Maximus *Libr. 5. cap. 4.* refert, M. Cottam eo ipso die, quo togam virilem induit, C. Carbonem, a quo pater eius damna-tus fuerat, postulasse. Alios, qui ante aetatem quaestoriam caussas egerunt, commemorat Quintilianus *Libr. 12. cap. 6.* Adde Bynckers-hoeck. *Obseruat. Libr. 4. cap. 11.* Neque desunt exempla iuuenium, qui saeculis recentioribus, iam mature sapientiae forensis edidere specimina. Menagius in *amoenitat. iur. civil. cap. 3.* testatur, se ipsum anno decimo octauo, apud Andes caussam orasse. Addatur Hoffmannus in *prafat.* iisdem *obseruat.* praemissa. Quod vero homines aetatis minoris contra normam iuris communis, ad caussas in foro peragendas admissi fuerint, id singularibus rationibus receptum esse videtur. Olim enim, cum ad-huc priscum ius patronatus vigeret, sine villa dubitatione, ipsa necessi-tate urgente, patroni, licet ad maiorem aetatem nondum peruenissent, clientes suos ab aliorum iniuriis defendere coacti sunt. Plura de hoc argumento dicemus, nisi illud Brummeri industria in *Commentar. ad leg. Cinciam cap. 2.* totum occupasset. Deinde ipsum aduocatorum munus, dum communis utilitati inseruit, insigni fauore fruicitur. Hinc etiam libertis iuris peritia praeditis, postulare permisum fuit. *L. 2. C. de postuland.* Porro dubitandum non est, quin iuuenibus, quos patrum et maiorum praeclarar in rempublicam merita commendarunt, facilis adi-tus ad patrocinia forensia fuerit concessus. Denique aduocati non, vti procuratores, litis fiunt domini, ideoque munus sustinent minus peri-culosum. Nunc, quid praesens fori usus ferat, paucis expediamus. Hodie aduocatorum et procuratorum officia, vti obseruauit Hoffman-nus in *dissertat. de origin. et condit. procurator. cap. 4. §. 8.* in plerisque iu-diciis, sunt coniuncta. Iam vero in Germania sanctio c. 5. *de procurator.* in 6to, quae minores procuratores esse, vetat, vulgo obtinet. Berger

in *Elecl. disceptat. forenſ. Tit. 3. obſeruat. 2.* In iure prouinciali Alemannico cap. 74. expreſſe cauetur, ne quis XXI annis minor, iudicis, vel aduocati officium in ſe recipiat. *Ius quoque Lubecenſe Libr. 1. Tit. 7. art. 8.* minores a foro arceſt. Stryckius quidem in *vſu modern. pandectar. Libr. 3. Tit. 1. ſ. 3.* putat, minorem, qui ſeptemdecim annos exceſſit, ad poſtulandum pro alio, eſſe idoneum. Sed hanc opinionem caute accipientam et tunc adhibendam eſſe putamus, ſi iure ſpeciali, vel moribus, aliud non fit introductum. Apud nos ſecundum *Mandatum de aduocat.* de anno 1723. ſ. 1. minores aduocatorum munera fufcipere nequeunt.

## II.

*Seruitus pafcendi non impedit, quo minus dominus praedii feruientis agris ſuis tamquam bonus paterfamilias uti queat.*

De iure pecora in fundis alienis pafcendi, frequentes in foris nostris oboriuntur controuerſiae. Saepe enim ii, qui hoc iure vtuntur, ipſos fundorum feruientium dominos non ſolum a compaſciis excluſere, verum etiam ab ipſo fere agrorum vſu legitimo, remouere cupiunt. Neque negamus, has lites plerumque eſſe diſſiciles easque caute eſſe diiudicandas. Vti enim magnum detrimentum naſcitur ei, cui neceſſaria pecudibus ſuis denegantur pabula; ita e contrario durum, quin iniuſtum eſt dominis, quorum praedia feruitutibus ſunt obnoxia, omnem dominii fructum eripere. Lubenter quidem concedimus, libertatem domini, cuius praedium feruit, ita eſſe reſtrictam, vt nihil, quod vſum feruitutis confeſſae vel adquiritae impedit, vel tollit, fufcipere queat. Hinc Paulus in *L. 9. D. si feruitus vindicet.* ei, cui feruitus itineris, vel ſillicidii coniicit, actionem confeſſoriam concedit, ſi vi- ciinus in loco, per quem iter, vel ſillicidium debetur, ita aedificauerit, vt haec feruitutes amplius locum non habeant. Qui alteri feruitutem prospectus debet, aedificium, quo is minuitur, vel auſertur, exſtruere haud debet. *L. 15. D. de feruitut. praed. urban.* Quin tacite remiſſa videtur eſſe feruitus, ſi quis patiatur, alterum aliquid, quod exercitium feruitutis prorsus impedit, efficere. *L. 8. D. quemadmodum feruit. amittunt.* Ex quibus quoque per ſe appetat, agros non poſſe in stagna conuerſi, vel ſepibus circumdari, ſi inde danno feruituti pafcendi exoriat. Sed alia hac occaſione vulgo mouetur quaefatio, num ſcilicet dominus, in cuius agris alter ſua pecora iure feruitutis pafcit, eosdem pro

pro arbitrio, variis frumentorum frugumque generibus conferere queat? Id vero plerumque negare solent seruitutis adeo gratae defensores. Sibi enim magnam iniuriam fieri putant, si agri aliter, ac huc usque fieri consuevit, colantur, ac insolitis antea frugibus conspergantur. Pabula suis gregibus necessaria eripi aiunt, si vel agri antea inculti nouae culturae subiiciantur, vel nouales frugibus aestiuis repleantur. Quod incommodum ut euent, remedii utuntur petitorii ac possessoriis, quae quidem omnia, si caput et fundamentum primarium earum, quas mouent, actionum consideramus, eo redeunt, ut seruitus pascendi sua quasi natura et tacite facultatem prohibendi, quo minus dominus praedii seruientis agris suis ita, uti bono patrifamilias expedit, uti queat, complectatur. Sed eorum opinionem nullo modo esse probandam, cum ipsa iuris ratio, tum amica praestantissimorum doctorum consensio, aperte docet. Scilicet ideo, quod alteri ius utilitatem ex praedio nostro percipiendi concedimus, facultati rebus nostris iure dominii ita, ut alterius seruitus maneat salua, adhuc in posterum utendi, non renunciamus. Certe hanc sententiam luculenter confirmat Imperator Claudius in *I. 6. C. de seruitut. et aqua.* vbi constituit, dominum, in cuius praedio fons inest, ex quo agri vicini iure seruitutis irrigantur, si is ita siccatus fuerit, ut aqua amplius agris vicinis non sufficiat, visu aquae carere non debere. Per constitutionem seruitutis libertas naturalis quidem restringitur, non vero tollitur, eaque dominium non amittitur, sed tantum minuitur. Conferatur quoque Leyserus *Specim. 108. Meditat. 2. seq.* et Illustr. Hommelius *Rhapsod. Observat. 188.* Huc accedit, quod seruitus pascendi in regula non omni tempore, sed duntaxat eo, quo agri sunt aperti et fructus iam collecti, exerceri queat. Horn, *Class. 6. Resp. 14.* Praeterea uti agriculturae propter utilitatem publicam maxime fauere, ita e contrario cauere debemus, ne domini fructibus dominii prorsus priuentur. Non quidem ignoramus, contrariae sententiae patronos, apud nos vulgo prouocare ad *Constitut. Electoral. 41. P. 2,* qua quidem sanctum, ne quis loca antea inculta in fraudem eorum, qui seruitutem pascendi exercent, ad culturam redigat. Sed ipsa huius sanctiannis inscriptio indicat, eam vnicce ad fundos, qui huc usque frumentis aliisque frugibus conserti haud sunt, pertinere, a quibus tamen ad agros iam cultos argumentatio haud eritducenda. Ex his igitur manifestum est, eum, cui ius pascendi competit legitimo tantum tempore exercendum, dominum praedii seruientis impedire non posse, quo minus agros quoque nouales, prout diligentem patremfamilias decet, frugibus imprimis

aestiuis, conserere queat. Ita quoque nuper Iureconsulti Vitembergenses ad consultationem Iustitiarii Steinpleissensis responderunt. Actor, cui ius pascendi competebat, asseruerat, se a reo exigere posse, ut quidam agri non consererentur, quia alias graue damnum seruituti sibi debitae immineret. Absoluta probatione et reprobatione, actorem id, quod asserebat, haud probasse, iudicatum est. Annextere hic iuuat, ut breuitati studeamus, tantum rationes decidendi: dennoch aber und dieweil dasjenige, was in dem sub B inducirten Beweis-Documente enthalten, weil solches eine rem inter alios actam betrifft, Beklagten nicht nachtheilig seyn mag, eben so wenig auch das Beweis-Document sub A, in Be tracht, daß, wie die fol. 227 seq. und fol. 253 seq. abgehörte Gegen-Beweis-Zeugen versichert, diejenigen Personen, welchen das Besäen der Braache untersaget worden, ihre Felder nicht auf der kleinen, sondern vielmehr auf der großen Seite zu Untersteinpleiß haben, aus der von nur gedachten Zeugen ad Articul. reprobator. 42-46 gehanen Aufzage aber abzunehmen, daß es auf der großen Seite wegen der Braache, eine ganz andere Beschaffenheit habe, als auf der kleinen, Klägern zum Vortheil gereichen kann, hiernächst der 15te Beweis-Articul, da der hierüber abgehörte Zeuge fol. 184<sup>b</sup> seine Aufzage nesciendo erstattet, nicht zu attendiren, und, wenn schon eben dieser Zeuge ad Articul. reprobator. 16 seq. ingleichen die ad perpetuam rei memoriam abgehörte Zeugen, daß Kläger und seine Vorfahren über rechtsverwährte Zeit, die auf der kleinen Seite zu Untersteinpleiß gelegene Felder mit ihren Schaafen behütet und betrieben, behauptet, dieses doch ein Befugniß Beklagten zu verbiehen, daß er den Sommer über, seine Braache nicht besäen dürfe, nicht in sich fasst, und war dieses um so weniger, da jedermann sich des ihm zustehenden Eigenthums-Rechts, nach seinem Gefallen bedienen kann, auch daraus, daß Kläger die Schaaf-Huth und Trift auf Beklagtens Feldern, ultra tempus praescriptum exerciret, die Folge, als ob er dieserwegen legtern das Besäen seiner Braache zu verwehren befugt, in Ansehung, daß die Trift- und Huthungs-Gerechtigkeit nicht zu allen Zeiten, sondern nur alsdenn, wenn die Felder offen und von Früchten leer sind, ausgeübet werden mag,

Leiser in iur. georg. Libr. 3. cap. 10, 35 seq.

und das Recht dem Eigenthumer einer Sache solche Handlungen, welche von der natürlichen Freyheit abhangen, zu verwehren, per praescriptionem erst alsdenn, wenn ihm deren Exercitium ausdrücklich untersaget worden, er aber bey dem ihm beschrevenen Verbothe, über rechtsverwährte Zeit, acquiesciret, acquiriret wird,

L. 18.

L. 18. §. 2. D. quenadmodum seruitut. amittunt.

Carpzou. Part. 2. Constit. 4. def. 14.

Berger. in Oeconom. iur. Libr. 2. Tit. 2. §. 22.

Nicht herzuleiten steht, Kläger hingegen einige Actus prohibitiuos, und daß Beklagten und seinen Vorfahren das Besäen ihrer Felder zur Sommerszeit, jemahls verbothen worden, anzuführen nicht vermocht, auch sein eigener Beweis-Zeuge ad Articul. probator. 16. Interrogator. special. 2, daß derer Unterthanen Felder nur alsdenn, wenn keine Früchte darauf gestanden, behüthet worden, deponiret, Kläger auch auf dasjenige, was die übrigen Zeugen fol. 168 seqq. und fol. 200 seqq. ausgesaget, in Erwägung, daß selbige ebenfalls einige Actus prohibitiuos speciales anzugeben nicht im Stande gewesen, vielmehr fol. 169 ad Articul. 11 und 12, auch fol. 201 ad Articul. 20, daß die Felder auf der kleinen Seite gesämmert worden, zugestanden, sich nicht berufen mag, im Gegentheil aber von denen Gegen-Beweis-Zeugen ad Articul. reprobator. 15-29, daß nicht alle Felder auf der kleinen Seite dreyartig gehalten würden, seit 10. 20. 30 und mehr Jahren, jeder Besitzer von denen Feldern auf der kleinen Seite, nach seinem Belieben, Braache gehalten, auch solches nach seinem Gefallen unterlassen, und jeder Besitzer, seine Braache nach seinem Guttükken genützt, auch seit 5. 10. 20. 30 und mehr Jahren, die Braach-Felder auf der kleinen Seite, nach jeden Besitzers Willkür, mit Sommer-Früchten, und insbesondere mit Kraut, Erdäpfeln, Rübsen, Flachs, Wicken und Erbsen, besät und bepflanzt worden, fol. 215 seqq. bekräftigt worden, bey so bewandten Umständen aber, und da Kläger probanda nicht erwiesen, auf dessen übriges Anführen kein Abssehen zu richten ic. Ceterum hoc quoque pertinent ea, quae Illustr. Hommel. *Rhapsod. Observat.* 34. et Klingnerus in collect. iur. rusticana. Part. 1. p. 614 et p. 618 seqq. attulit.

### III.

#### *De testamento ob prauitatem usurariam irrito.*

Graues omnino poenas iura pontifica minitantur usurariis, qui secundum c. 3. X. de usur. a communione ecclesiae sunt arcendi, nec sepultura honesta honorandi. Quin Pontifex Gregorius X. cap. 2 de usur. in 6to haec sancit: *nullus manifestorum usurariorum testamentis interficit, aut eos ad confessionem admittat, siue ipsum absoluat, nisi de usuris satisfecerint, vel de satisfaciendo pro suarum viribus facultatum praestent (ut praemittitur) idoneam*

neam cautionem. *Testamenta quoque manifestorum usurariorum aliter facta non  
 valeant, sed sint irrita ipso iure.* Quae quidem sanctio ab insigni odio,  
 quo patres ecclesiae, et pontifices eorum auctoritate adducti, usuras  
 contractusque foenebres persecuti sunt, videtur esse profecta. Conti-  
 net ea, dum testandi facultatem adimit, poenam prorsus singularem,  
 a iure quidem Romano longe abhorrentem. Licit enim apud Roma-  
 nos testamenta eorum, qui criminis atrocioris rei, capitis deminutio-  
 nem patiebantur, omnem vim amitterent, atque, vt ex l. 6. s. 6. D.  
 de iniust. rupt. testament. appetet, fierent irrita; id tamen ad usurarios non  
 pertinet. Etenim Romani probe intellexere, usuras, vti recentiori  
 aetate copiosius a Salmasio de usur. cap. 10 seqq. et Noodtio de foenor.  
 et usur. Libr. 1. cap. 4 seqq. comprobatum est, si in iis exigendis iustus  
 modus seruetur, aequitati naturali salutique publicae non esse contra-  
 rias. Hinc eas non in vniuersum reiiciendas, sed potius ita, vti et  
 creditoribus et debitoribus expedit, temperandas esse, existimarent,  
 licet, teste Tacito *Annal. Libr. 6. cap. 16.*, mala foenebria rempublicam  
 vehementer turbauerint multasque sediciones pepererint. Neque aliud  
 inferendum erit ex l. 20. C. ex quib. cauſ. infam. irroget. vbi quidem iis,  
 qui improbum foenus exerceunt, atque usuras usurarum exigunt, poena  
 infamiae irrogatur. Infamia quidem bonam existimationem laedit at-  
 que dignitatibus excludit, vti ex l. 5. s. 2. D. de extraord. cognit. et l. 12.  
 C. de dignit. cernitur, neutiquam vero statum ciuilem aufert. Certe l. 1.  
 C. de secund. nupt. aperte declarat, vxorem, quae ideo, quod ad secun-  
 dum matrimonium, antequam maritum eluxerat, cito nimis accesser-  
 at, infamia notabatur, testamentum condere potuisse. Addatur Stry-  
 ekius de cautel. testamentor. cap. 4. s. 49. Summo potius studio liberta-  
 tem testamenti faciendi Romani tuendam esse statuerunt, vt ideo nobis  
 persuadeamus, leges, quae interdum testamenti factionem hominibus  
 improbis denegant, veluti apostatis et carminis famosi damnatis, de  
 quibus l. 3 et 4. C. de apostat. et l. 18. D. qui testament. facere poss. confe-  
 renda, stricte esse capiendas, nec ad cauſas dispares proferendas. Est  
 vero poena iuris pontificii, cuius supra mentionem iniecimus, legibus  
 Saxonicis expreſſe confirmata. Etenim sapientissimus legislator, Ele-  
 ctor Io. Georgius I. in *Mandat. de anno 1625 von wißherlichen Contracten,*  
 in cod. Aug. T. I. p. 1125, vt pernicioſas usurariorum artes a ciuibis suis  
 auerteret, ita sanxit: *so wollen wir zu Vorkommung und Abschaffung die-  
 ses Uebels obangedeutete unserer lobblichen Vorfahren Anno 1530. 1555.  
 und 1609 gemachte und aufgefertigte Verordnungen, nochmals erneuert  
 und*

9

und dergestalt bekräftiget, erklärēt und verbessert haben, daß (weiln diese  
Uebertreter Gottes Gebots und boshaftige Wucherer mit Unwissenheit sich  
Keinesweges zu entschuldigen, sondern ihnen aus Gottes Wort und der Hei-  
ligen Schrift überflüssig bekannt seyn sollte, wie hoch dieses abscheuliche  
Easter darinnen verdammet, ja die natürliche Billigkeit und Christliche Liebe,  
so anders etwas davon bey ihnen zu finden, ihnen selbst dictirt und bezeuget,  
wie unrecht solches sey) wider sie, da man sie erfahren, und dessen gebühr-  
lichen überführt, also procediret werden, daß sie nicht allein des vierten  
Theils, sondern der ganzen auf Wucher ausgeliehenen Summen verlustig  
seyn, hierüber auch als öffentliche Leutschinder und Landverderber zum  
Beichtstuhl und tröstlichen Absolution oder Tische des Herrn durchaus  
nicht gelassen, auch, nach ihrem Tode, mit Christlichen und gebräuchlichen  
Ceremonien nicht bestattet, ipso iure et genere facti anrächtig und ehr-  
loß, dannenhero redlicher Leute Gemeinschaft und aller ehrlichen und für-  
nehmnen Aemter unwerth und unfähig geachtet, ihnen kein beständig Testa-  
ment zu machen, auch, da es allbereit gemacht, ohne Bestellung Caution,  
wegen Erstattung des eingefangenen Wuchers, ganz unkräftig und nichtig  
gehalten, auch Zeugniß der Wahrheit zu geben nicht verstatte, ja als dem  
gemeinen Wesen höchstschädliche Leute gänzlich auf- und abgeschafft, auch  
nach gestalten Sachen und befundener Beschaffenheit ihres unchristlichen  
Beginnens und Halsstarrigkeit, ohne einige Gnade, wol am Leibe, nichts  
minder auch diejenigen, so Geld auf Wucher und dergleichen hohes Inter-  
esse annehmen, und die, bey welchen sie dergestalt etwas erboret, nicht  
anmelden, wegen solcher ihrer Verschweigung, umb den vierdten Theil der  
entlehneten Summen gestrafft werden sollen. Haec vero sanctio in Mandat.  
de anno 1766 aduersus dolos doctores §. 2. ita fuit repetita, vt poe-  
nae antea in usurarios constituta, et in posterum iisdem sint decer-  
nendae. Ex his vero intelligitur, usurarios non tantum facultate te-  
stamenti faciendi esse destitutos, sed et eorum testamenta iam antea  
facta, si postea hoc crimen perpetrarunt, nisi de lucro turpiter acce-  
pto cautionem satis idoneam praestiterint, fieri irrita. Ut vero haec  
lex applicari queat, exigimus, vt prauitas usuraria vere fuerit exercita.  
Leyser Specim. 246. Poenam ordinariam tunc, si crimen nondum sit  
perfectum, non infligimus. Deinde necesse quoque est, vt usurarius  
delictum confessus, vel eiusdem conuictus fuerit. Etiam post obitum  
usurarii, ad eius testamentum euertendum, cognitionem propterea,  
quod hic sententia tantum declaratoria, non vero priuatoria requiratur,  
institui posse, doctores pragmatici statuant. Carpzou. in Praetia, rer.

B

crimi-

criminal. Part. 2. quæst. 92, 33 seq. et Berger in *Elekt. iurisprud. criminal.*  
Cap. 2. membr. I. §. 4. Ceterum de poenis usuriariorum antiquis et no-  
nus docte exposuit Illustr. Quistorpius in den Beiträgen zur Erläuterung  
verschiedener, mehrtheils unentschiedener Rechts-Materien, Part. 2. ob-  
seruat. 9. p. 142 seqq.

### III.

*Maritus in Saxonia hereditati vxoris sine iureiurando  
recte renunciat.*

Inualuit in foris ea opinio, renunciationem hereditatis, nisi iureiurando fuerit confirmata, vim et effectum non habere. Leyser Specim. 45. Med. I. Hanc vero opinionem antiquis Germanorum moribus repugnare, satis sumus persuasi. Nostri maiores, cum testamento adhuc ignorarent, ut lites de successione cauerentur, frequenter pacta iniere hereditaria, quae quidem iis honestati haud videbantur contraria. Ex lege vero Salicæ Tit. 63. luculenter appetet, quemuis potuisse iuri familiae atque hereditatis renunciare. Faciendum hoc erat sollemniter atque in iudicio ita tamen, ut iuriurandum non esset necessarium. Moribus vero Saxonis idem olim obtinuisse, ius prouinciale Saxon. Libr. 2. art. 30. confirmat. Sed aliud introduxit perhibetur ius canonicum. Scilicet in c. 2. de past. in 6to haec consti-  
tuuntur: *quamvis patrum patri factum a filia, dum nuptui tradebatur, ut dote contenta nullum ad bona paterna regressum haberet, improbat lex civilis: si tamen iuramento non vi, nec dolo praefito firmatum fuerit ab eadem, omnino seruari debet.* Cauere voluit Bonifacius octauus, ne negotium iure ciuili alias irritum, rescindi posset, cui fini assequendo putauit iuriurandum esse remedium valde commodum. Sed haec sanctio ad Germanos, quibus pacta successoria semper fuere probata, minus recte applicatur. Qui maiorum instituta religiosius custodienda esse putant, ne hodie quidem, iuriurandum corroborandis pactis successoris necessarium esse, credunt. Ex multis, qui ita sentiunt, hic nominasse sufficit Ludolphum de iur. seminar. illustr. Sect. 2. membr. I. §. 31. Schil-  
terum Exercitat. 8. §. 40. Heineccium in Element. iur. German. Libr. 2.  
Tit. 6. §. 173. et Illustr. de Selchow in iur. priuat. princip. §. 525. Li-  
cet vero viri docti hac in re valde varient, id tamen certum est, in  
Saxonia maritum hereditati vxoris sine iureiurando recte et eum effectu  
ita

ita renunciare, ut ei in posterum regressus ad bona, quibus renunciavit, amplius haud pateat. De hac specie Iureconsulti Vitembergenses hoc anno consulti, ita responderunt: ob wohl behauptet werden darfste, daß des im Jahr 1752 verstorbenen J. B. A. nachgelassene Chefrau C. N. A. durch die von ihrem Eydam J. C. H. ausgestellte und sub s in Abschrift beygefügte Urkunde, worinnen selbiger sich erklärt, daß er auf den Fall, wenn seine Chefrau vor ihm und seiner Schwieger-Mutter versterben sollte, von denen ihr zugehörigen Gerade-Stücken, auch von der seiner Chefrauen zugefallenen väterlichen Erbschaft, von seiner Schwieger-Mutter etwas nicht fordern, noch verlangen wolle, dergestalt nicht sicher gestellet werde, daß selbigen nach seiner Chefruen Ableben, auf deren nachgelassenes Vermögen und insbesondere auf deren amoch zu fordern habende rückständige väterliche Erbschaft, weiter einigen Anspruch zu machen nicht berechtigt seyn sollte, anerwogen nach gemeinen Rechten die in Ansehung künftiger, auch angefallener Erbschaften, gehane Vericht-Leistungen, und die dieswegen errichtete Pacta renunciatiua, einige Kraft und Verbindlichkeit nicht haben,

L. 16. D. de suis et legitim. heredib.

einem Ehemanne die Successio ab intestato in das von seiner Chefruen hinterlassene Vermögen, nach Vorschrift derer Sächsischen Rechte, zustehet,

Sächs. Land.-Recht Libr. 1. art. 31.

Constitut. 22. P. 3.

und die wegen einer Erbschaft beschuhene Renunciation, daferne selbige nicht mittelst Eydes bestärket worden, nach klarer Disposition des iuris canonici, einige Gültigkeit nicht bewirkt,

C. 2. de pact. in 6to.

und, daß oberwähnter H. vorgedachte Renunciation eydlich bekräftiget, in der Facti specie nicht angeführt worden; dennoch aber und dieweil in regula iedermann denen blos zu seinem eignen Vortheil eingeführten Rechten, zu renunciren wohl befugt,

L. 29. C. de pact.

dasienige hingegen, was in gemeinen Rechten, wegen der Ungültigkeit derer Erb-Verträge disponiret worden, bey uns keine Anwendung leidet, vielmehr

mehr die Pacta successoria überhaupt, in Deutschland gültig und gewöhnlich sind,

Leyser Specim. 43. Meditat. 5 seqq.

und zur Gültigkeit derer zu Recht beständigen Verträge, insbesondere aber derer Verzicht-Leistungen, worinnen jemand des ihm zukommenden Erb-Rechts sich begiebet, daß selbige eydlich bestärkt werden, eben nicht erforderlich,

Sächs. Land-Recht Libr. 1. art. 13.

Wernher. P. 2. Observ. 430.

auch, da nach Thur-Sächsischen Rechten denen maioren den Söhnen der väterlichen Erbschaft zu renunciren frei steht, und hierbey die eydliche Verstärkung nicht nothig,

Carpzov. P. 2. Const. 35. def. 8. seq.

Berger. in Oeconom. iur. Libr. 2. Tit. 4. §. 48, 5.

daran, daß solches nicht auch denen Chemännern, in Ansehung der zu ihrem Besten eingeführten Succession, erlaubt seyn sollte, nicht zu zweifeln steht, und zwar dieses um so weniger, da heut zu Tage nur an solchen Orten, wo die Erb-Rechte nach denen Principiis iuris Romani beurtheilet zu werden pflegen, Pacta hereditaria renunciativa mittelst Eydes bekräftigt werden,

Mevius P. 3. dec. 270.

so sind wir, so viel die erste Frage anlanget, der rechtlichen Meynung, daß, im Fall C R. A. ihre Tochter M. C. A. überleben sollte, selbige durch die sub C angefügte Erklärung und Verzichtleistung ihres Eydams auf seiner Ehefrau Gerade-Stücken und väterliches Erbe, vergestalt gedeckter und sicher gestellt werde, daß ihr Eydam an seiner Frau väterliches Erbe und deren Gerade, ex capite successionis aut quovis alio, einigen Anspruch zu machen nicht berechtigt, vielmehr der Mutter alles und jedes, was deren Tochter etwa noch an Erbe, oder an der Gerade, hinterlassen, zu Theil werde,

**ULB Halle**  
004 058 02X

3



56





B.I.G.



OBSERVATIONES

IVRIS ROMANI ET SAXONICI

Q V A S

P R A E S I D E

D. G E O R G I O S T E P H A N O  
W I E S A N D I O

P R O F E S S O R E I N S T I T U T I O N V M O R D I N A R I O C V R I A E  
P R O V I N C I A L I S S C A B I N A T V S A T Q V E C O L L E G I I  
I V R E C O N S V L T O R V M A S S E S S O R E

D I E X X I I I . O C T O B R . A . S . R . C I C I C C L X X V I I I I

H. L. Q. S

P V E L I C A D I S C E P T A T I O N E D E F E N S V R V S E S T  
I O A N N E S F R I D E R I C V S K R E M S I E R

S O R B I G E N S I S



S P E C I M E N V I I I I

V I T E M B E R G A E  
L I T T E R I S C A R O L I C H R I S T I A N I D Ü R R I I